



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

Philippus Nottin.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

lam gentem cui Christum
prædicârat.

Philippus Nottin. Coad.

*Rebga.
Fracti.
24. Julij.
1638.*

Fides.

Ab hæreticis in fidei Ca-
tholicæ odium Cruci ferreæ
insidere iussus, manibus pe-
dibusque per extremos di-
gitos ad tergum reuinctis,
& manicarum ac pedicarum
aculeatarum tormento dirè
infertis. Collo innexum erat
collare ferreum, trifariam
aculeis confertum, quorum
alij recti eminebant, alij sur-
sum, deorsum alij vergebant;
igne quoque quo ipse lentè
torreretur, admoto. Vbi v-
sta pellis ibat in bullas & pu-
stulas, illis ferro apertis ace-
tum cum sale ac pyrio pulue-
re infudère. Sic per decem
iplas horas cruciatus Philip-
pus, capite deinde plexus
est, obtentu prodicionis, re-

ip-

ipsâ odio fidei orthodoxæ ;
vt patet è narratione à Bul-
lonio Duce conscriptâ ; & è
calumnia ab hæreticis con-
flata per Lansinannum, cui
ob vitæ spem mentito, vitæ
promissæ loco mors illata
est. Philippus in loco sup-
plicij obiecta omnia falsa es-
se affirmavit, ac dixit se mo-
ri innoxium, & pro Catholi-
ca, Apostolicâ, Romana Ec-
clesia.

P. Ignatius Azeuedius cum:

Socijs: 39.

Illustri genere natus, in
Societate ad virtutis exerci-
tium toto die aliquâdo nihil
omninò locutus est. In dul-
ci suo silentio absortus palle-
bat ab assidua corporis affli-
ctatione, fluebatque in la-
chrymas pietatis. Imitandæ
Virginis Matris puritatis er-
gò,

*Lusitan^o
in mari
ad Palmã
insulã
Fortuna-
tam.
15 Iulij.
1570.*

*Silentis.
B.V.*